



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 46. Quid notandum sit circa erectionem & mutationem Beneficiorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42600**

appellatio, nec ad effectum suspensivum nec ad de-  
volutivum, nisi modus excedatur, Cap. *Irrefra-  
gabili*, de off. Jud. Ordin., item Cap. *Ad nostram*,  
de appellat. Plura de Archidiaconis videri possunt  
in speciali tractatu apud *Leur*.

Q. 45. Quid de Coadjutoriis fit notandum. R. 270  
De his dicetur à n. 718.

Q. 46. Quid notandum fit circa erectionem &  
mutationem beneficiorum. R. Seqq.

§. I. Beneficium erigere, est cum approbatione  
Superioris Ecclesiastici statuere jus percipiendi fru-  
ctus ob aliquod spirituale officium: Ecclesias autem  
Metropolitanas, Cathedrales, Collegiatas, Regulares  
potest solus Papa approbare; item dignitates, quæ  
re & nomine novæ sunt ac primæ in aliqua Ecclesia,  
ut̄ habet communis cum *Lott.* l. 1. q. 5. à n. 12. Epi-  
scopus tamen & Prælati habentes jurisdictionem  
quasi episcopalem pro certo territorio, possunt pro  
Ecclesia sibi subjecta approbare beneficia similia  
præexistentibus, v. g. secundum Archidiaconatum  
vel Personatum, hæc enim non tam sunt nova be-  
neficia quām extensio priorum: item possunt creare  
parochiales Ecclesias, ut̄ habetur in *Trid.* Ses. 21. c.  
4. de Reform. & Cap. *Ad audientiam*, 3. de ædif.  
Eccles., *Corr.* l. 3. c. 2. n. 2. Item creare possunt  
simplicia beneficia. Quid autem circa talia & circa  
ædificandas Ecclesias possit Sede vacante Capitulum  
vel Vicarius, explicat *Castrop.* tr. 13. d. 2. p. 2. n. 9. &c.  
d. 6. p. 11.

§. II. Possunt in eodem altari constitui plura be-  
neficia, attamen sub diversis invocationibus, *Lamb.*  
apud *Barb.* de jure Eccles. l. 2. c. 8. n. 27. *Lott.* q. 2. n.  
44., q. 30. n. 40. Imò & sub eadem invocatione,  
*Luca* de Jurepatr. d. 17. n. 3. Porestque admittere  
Episcopus beneficia in quibusvis Ecclesiis, etiam in-  
vitis

vitis harum Rectoribus, quia id spectat ad augmentum cultus divini, nec præjudicat juri cuiusquam,  
*Corr. l. 4. c. 6 n. 42.* Circa dotem autem beneficiorum & Ecclesiarum constituendam vel redintegrandam, videri potest *Leur. p. 1. q. 21. & seqq.*

**273** §. III. Solus Papa potest mutare Collegiatam in Cathedralem, Parochialem vel simplicem in Collegiatam, sacerdotalem in Regularem, *Corr. n. 4. Castrop. d. 6, p. 11. n. 2. Lott. q. 14. n. 43.* Episcopus tamen potest mutare simplicem in parochialem, *Azor. Garc. p. 12. c. 5. n. 3. Barb. de potest Epis. alleg. 68. Castrop. Corr. c. 3. n. 12.*; hoc enim est ad incrementum; sed non potest beneficium parochiale vel curatum reducere ad simplex, aut dismembrati partem unire simplici, *Trid. Ses. 25. c. 16. Garc. c. 2. n. 37. Corr. n. 13.* Potest etiam Episcopus cum consensu Capituli ex personatu, quamvis non vacet & possessor sit invitus, erigere Præposituram, si ad sint causæ rationabiles, quæ in scripto afferri debent, *Lueca de benef. d. 45 n. 5.* Si tamen beneficium illud erat patronatus laici, putant aliqui cum *Castrop. p. 12. §. 2.* requiri consensum Patroni, & ita insinuat *Trid. Ses. 24. c. 15. & Ses. 21. c. 5.* Potest etiam Episcopus Vicariam temporalem mutare in perpetuam, illam priùs erigendo in beneficium, *Garc. Castrop. §. 3. n. 6.* Videri potest *Leur. p. 3. q. 964. & 965.* Item Capellaniam potest erigere in novam dignitatem, *Leß. in auct. v. Beneficium casu 23.* An Episcopus possit mutare mentem fundatoris vel onera beneficii, aut dispensare in qualitatibus requisitis, dicetur à n. 838. An autem lapsu temporis possit mutari status beneficii, dicetur à n. 296.

Q. 47. Quid notandum sit circa unionem beneficiorum. R. Seqq.

**274** §. I. Solus Papa nunc post *Trid. Ses. 24. c. 13.* de